

**Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors**

**Cabilliau, Baudouin**

**Lovany, 1642**

Epigramma 31. E Christi baptismo lordanis gloria. Ad Ioannem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70001](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70001)

Latius angustis latebris prorumperet in orbem,  
Nobiliorque seret clarior aura iubar:  
**Q**uasi sit immensis radijs metabitur oras,  
Sole sub Eoo, sole sub hesperio.  
Nunc sed Abrahamias tantum præfulget ad aras.  
Nempe nitet patuâ parua lucerna domo.

*Epigramma 30.*

**I**oannes purissimum Agnum Agnorum  
in Iordanē lauat.

**P**rior argento super impluit humor I E S V M:  
Irriguum sancto stillat ab imbre caput.  
Anne putas, niuei tu velleris abluis agnum?  
Ipse lauat putas, quem lauis, agnus aquas.

*Epigramma 31.*

E Christi baptismo Iordanis gloria.  
AD IOANNEM.

**P**er spiculū natat agnus aquis, cui candor oloris;  
Hunc tamen illimi diluīs vndū aquā.  
Quin & maior honos Iordanidas influit vinas.  
Ut tetigit sanctum purior vnda caput.  
Iordanis quos tinget aquis, hos adserit astris.  
Eridanus cœlis astrifer alter erit.

*Epigramma 32.*

Ioannis gloria è Christi baptismo.

**L**Argiter ô peccas, es puluis, & appluis imbre:  
Mundat, & infuscat puluis in imbre Deum?  
Tangere parce manu, vel spargere parce liquores.  
Quid nisi turpe coit puluis & vnde, lutum?  
Pulus homo, sed ubi solem sic abluis; hauris  
Hinc decus, è pulchro puluere sidus eris.

*Epigram*